

Doss del Cuz bei Civezzano. Kalk und Porphyr, 200—1200 M. Höchstgelegener Standort Doss del Cuz (forma *humilis*). Blüthezeit: Anfangs März bis Anfangs April.

Im Herb. Loss finden sich Exemplare aus Val di Non bei Nano (forma *humilis*), Vergondola di Cles und Castell Cles. Auf letzterem Standorte finden sich Exemplare, welche wenigstens im getrockneten Zustande mit Exemplaren der *Anemone Bogenhardiana* Reich. genau übereinstimmen.

Trient, am 8. September 1873.

— — — — —

Geranium ruthenicum (sp. n.)*).

Auctore R. de Uechtritz.

Perenne, tota planta subadpresse-pilosiuscula vel fere glabrescens. Caulis ascendens, rarius erectus, gracilis, flexuosus, superne divaricato-ramosus, vulgo pallide rufescens, ad nodos dilute purpurascens, interdum haud coloratus, pallide virens, versus basin glabratus, ceterum subtiliter adpresse pilosiusculus, demum saepe glabrescens. Petioli supra planiusculi vel parum convexi, pilosi seu juveniles puberuli, pilis brevibus subrecurvatis patulis, subtus evidenter convexi, glabrescentes vel parce adpresse pilosi. Folia laete viridia, ambitu angulata 5-partita (summa subtripartita), segmentis rhombico-oblongis vel (praecipue in foliis superioribus) rhombicis, inciso-dentatis, dentibus ovato-lanceolatis acutis; margine ciliata, supra pilis albis brevissimis adpressis sparsim pilosiuscula, subtus exceptis nervis majoribus prominentibus parce pilosis glabrata. Pedunculi adpresse pilosi, pedicellis manifeste breviores, saepissime rudimentariter abbreviati subnulli. Pedicelli solitarii, ad basin bibracteolati, deflorati deflexi at apice valde incrassata erecti, calyce 3—4plo longiores. Sepala ovato-lanceolata, aristata, trinervia, ad marginem hyalinum adpresse pilosa, ceterum glabrescentia, praesertim quartum et quintum, quae tota fere glabrata; primo erecto-patula, tam horizontaliter patentia, apice tantum recurvata (at nunquam vere reflexa!) denique (in fructu) adpresse-erecta, apice erecto-patula. Petala parva, aristis calycinis paullo longiora vel ea subaequantia, obovata, unguiculata, apice obsolete emarginata vel retusa, margine parce minuteque ciliolata, ciliolis basilaribus ceterum longioribus; pallida, ex albido rosea, obsolete striata itaque unicoloria. Filamenta glaberrima. Antherae nigro-violaceae. Stigmata primum pallide rosea, postea pallida. Valvae cinereo-murinae, laeves, pilosiusculae simulque setis longioribus admodum copiosis

*) Cfr. Oest. bot. Ztschr. XXII, p. 370.

undique (nec dorso tantum) setoso-pilosae (setae dorsales tamen longiores atque crebriores quam-laterales). Semina nigra, sub lente obsolete reticulato-rugulosa. (Descriptio ad specimina viva e seminibus Tilsitanis educata adumbrata).

Floret Junio incunte ad serum autumnum usque, *G. sibirico* praecocius.

Distributio geographica fere eadem videtur ut *G. sibirici*; civis enim est regionum temperatorum imperii Rossici, tam europaei orientalis quam asiatici Asiaeque mediae forsitan totius. Vidi e Rossiae europaeae centralis gubernio Jaroslaw (Herb. M. Winkler); e Sibiriae diversis locis (ex gr. ad Fl. Jenissei [Lessing], in ruderalis circa Barnaul [Patrin] et specimina sine loco specialiter indicato ex herb. acad. Petropolitano), denique a regno Tibetano occidentali (reg. temper. alt. 10.000—12.000 ped. ex herb. Ind. orient. Hooker fil. et Thomson); — omnia in herb. regio Berolin. sub nomine *G. sibirici*. Etiam in provinciis caucasicis provenire videtur, si quidem *G. sibiricum* MB. (Fl. taur. caucas. II. pag. 133 et 134) idem ac nostrum ut e descriptione scilicet brevi haud satis accurata elucere videtur („planta iberica minus villosa est quam sibirica, quoad reliqua simillima“) — Praeterea frequenter subspontanea in hortis oppidi Tilsit Borussiae orientalis, unde multa specimina sub *G. sibirici* nomine distribuit etiamque mecum communicavit cl. Heidenreich. — Ex hortis botanicis, in quibus *G. sibiricum* legitimum ex antiquis temporibus divulgatum, hoc in herbariis nondum vidi. — Ob distributionem late extensam nomen olim a me datum haud satis idoneum est, quod vero mutare nolui, quum plantam sub eodem iam cum multis amicis communicaverim. — *Geranio sibirico* L., quocum a scriptoribus rossicis semper confusum videtur, habitu adeo simile, ut facile pro forma ejus glabrata haberi posset, nisi aliae et constantes quidem adessent differentiae; e seminibus culta utraque species optime servat characteres. Ceterum exsiccatum aegrius discernendum, quam vivum, ubi praeter glabritiem et gracilitatem sepalis fructiferis erectis nec apice horizontaliter patulis, floribus paullo minoribus pallidioribus subalbidis concoloribus atque antherarum colore facillime cognoscitur. Ut siccum rite distinguatur, valvae extus undique nec dorso tantum pilis longioribus setoso-pilosae magni momenti sunt.

G. sibiricum L. legitimum recedit a *G. ruthenico* sec. specimina culta e seminibus e loco silesiaco educata his notis: Caulis robustior, obscurius magisque sordide purpurascens, ut petioli atque pedunculi pedicellique undique pilis patentibus plus minus deflexis densius pilosus, in statu juvenili ut rami virginei subvillosus, solummodo ad nodos glabrescens. Folia majora, obscurius viridia, minus glabrata, mollia, subtus etiam inter nervos in pagina ipsa pilosa, segmentis incisurisque vulgo latioribus paulloque minus acutis; ceterum segmenta foliorum superiorum, praesertim tripartitorum, magis oblonga vel rhombico-oblonga quam rhombica. Pedicellorum fructiferorum pars summa incrassata quam in *Geranio ruthenico* brevior. Sepala pilis patentibus pilosa, primo horizontaliter patula, tum ple-

rumque reflexa, denique (in planta fructifera) basi erecta, apice subhorizontaliter patula itaque stellata. Petala paullo majora, rosea, tam extus quam intus manifeste sanguineo-striata. Antherae virgineae roseae. Stigmata purpureo-rosea nec pallida. Valvae breviter pilosiusculae, dorso tantum pilis longioribus minus numerosis setosopilosae. Semina fere omnino ut in *G. ruthenico*, at paullo latiora brevioraque et rugulae sub lente fortiore magis evidenter anastomosantes. Apud nonnullos floristas et ipsos accuratiores semina longitudinaliter striata describuntur, ex gr. apud Ascherson (Fl. der Provinz Brandenburg): „Samen sehr fein, körnig-längsstreifig“ et apud Döll (rheinische Flora): „Samen glatt, bei stärkerer Vergrößerung mit feinkörnigen Längsstreifen.“ Revera autem semina magnitudine valde aucta sunt tenuiter reticulato-rugulosa. Florescentia serior, medio Julio ad serum autumnum; eodem loco soli valde exposito juxta *G. ruthenicum* cultum circiter quinque hebdomades serius primos aperuit flores. *G. sibirici* specimina spontanea vidi e Sibiria et terra Amurensi (Maximovicz); praeterea subspontanea e variis Germaniae locis ex gr. e Silesia media (in dumetis suburbanis oppidi Reichenbach, ubi e longo tempore copiosum (Schumann); Marchia pr. Wriezen (Schäde), etiam in horto botanico Berolinensi quasispontaneum (Magnus); Thuringia ad fl. Salam pr. Jenam (Röll); Magnoducatus Badensis pr. „Durlach“ (vel forsitan rectius Bruchsal, locus a cl. viris Koch et Döll. indicatus) ex herb. J. N. Buek.

Plantam subvillosam ut verum *G. sibiricum* Linnaeus considero, quum haec in hortis botanicis antiquitus colatur, ut jam supra commemoravi, et quum Linnaeus corollam purpureo-striatam vocat*); ceterum descriptio magistri nimis brevis nec satis clare definita est.

Phytographische Beiträge.

Von Dr. Lad. Čelakovský.

VIII.

Pastinaca urens Requier.

In der Flore de France von Grenier und Godron findet sich eine *Pastinaca urens* Requier neu aufgestellt, welche nach Angabe dieser vortrefflichen Flora an unkultivirten Orten der südlichen Provinzen Frankreichs wächst. Sie scheint seither in keinem anderen Lande und namentlich niemals in Mitteleuropa gefunden worden zu sein. Von der jedenfalls nächst verwandten gemeinen *P. sativa* unterscheidet sie sich nach Godron (dem Bearbeiter der Umbelliferen)

*.) Sed petala alba, qualia suo adscripsit Linnaeus, in *Geranio sibirico* non vidi.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1873

Band/Volume: [023](#)

Autor(en)/Author(s): At. Uechtritz R. v.

Artikel/Article: [Geranium ruthenicum \(sp. n.\). 335-337](#)